N. 1710.

CURRENDA VIII.

A. D. 1870.

L. 134.

Odnośnie do Naszego ogłoszenia w kur. V. 1870. r., str. 37. oznajmiamy, iż wyszedł w Ołomuńcu nakładem Hoelzla osobny atłas geograficzny dla szkół ludowych o 6. mapach, i kosztuje 40 cnt. Rada szkolna krajowa poleciła go uchwałą z dnia 2. Maja 1870 r. L. 1701. do szkolnego użytku. Tarnów dnia 12. Maja 1870.

N. 1312.

Dokładne mapy Galicyi z instytutu wojskowego geograficznego w Wiedniu.

Według doniesienia urzędowego nabyć można po księgarniach za ceny umiarkowane bardzo dokładnych map Galicyi tudzież innych krajów koronnych państwa Rakuzkiego z wydawnictwa instytutu wojskowego geograficznego w Wiedniu.

Wielebne Duchowieństwo nabywając to dzieło, nie mało zbogaci wiadomości swe pod względem topografii. W Tarnowie dnia 15. Maja 1870.

Ciąg dalszy do N. 2245./D.

Wykazują się ponownie już wylosowane a jeszcze nie wypłacone obligacye wszystkich trzech funduszów w załączonych trzech wykazach z tém zastrzeżeniem, że oprocentowanie obligacyj indemnizacyjnych z terminem wypłaty ustaje, i że w razie, gdyby kupony od tych obligacyj zostały wypłacone, to wypłacone kwoty od kapitału przy wypłacie odciągnięte zostaną.

Nareszcie czyni się wiadomo, że w księgach kredytowych ces. król. kasy funduszów indemnizacyjnych znajdują się adnotacye przy następujących obligacyach a mianowicie:

A) w księgach funduszu indemnizacyjnego wielkiego księstwa krakowskiego przy obligacyach z kuponami Nr. 212 na **100** złr. i Nr. 305 na **500** złr. rozpoczęta amortyzacya, a przy obligacyi Nr. 87 na **500** złr. amortyzacya dozwolona;

B) w księgach funduszu indemnizacyjnego Galicyi zachodniéj:

1. przez właścicieli doniesiona strata przy obligacyach:

na **100** złr. z kuponami: Nr. 8.027, 10.981, 12.523, 13.264, 18.645.

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 12.103, 12.104, 12.105, 12.106, 12.107.

2. rozpoczęta amortyzacya przy obligacyach:

na **50** złr. z kuponami: Nr. 384, 1.173.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 8.149, 9.162, 9.258, 10.515, 12.079, 12.081, 12.083, 12.546, 12.980, 13.910, 14.810, 17.508, 19.663, 21.178.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 220, 264, 1.271, 2.085, 2.785.

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 87, 3.199, 5.677, 11.491.

i Lit. A. Nr. 2.007 na 3.180 złr., Nr. 3.038 na 270 złr.

3. już dozwolona amortyzacya przy obligacyach:

na **50** złr. z kuponami: Nr. 1.406, 1.627, 2.958.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 196, 575, 805, 927, 1.080, 1.081, 1.656, 2.494, 3.785, 6.565, 6.982, 7.676, 8.540, 8.541, 9.532, 9.917, 9.918, 10.600, 10.979, 11.208, 11.209, 11.210, 11.370, 11.435, 11.577, 13.790, 15.556.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 12, 1.156, 1.562, 2.182, 3.742.

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 4.696.

i Lit. A. Nr. 237 na 350 złr., Nr. 511 na 5.490 złr., Nr. 1.113 na 350 złr., Nr. 2.473 na 90 złr.

C) w księgach funduszu indemnizacyjnego Galicyi wschodniéj:

1. przez właściciela doniesiona strata przy obligacyi:

na **100** złr. z kuponami: Nr. 7.257, 10.000, 11.345.

2. rozpoczęta amortyzacya przy obligacyach:

na **50** złr. z kuponami: Nr. 1.099, 2.354, 2.518, 5.497, 5.926.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 2.547, 4.176, 4.794, 6.884, 7.453, 8.268, 9.227, 10.725, 13.333, 16.242, 16.768, 17.252, 18.109, 18.141, 18.817, 19.570, 21.187, 21.188. 21.313, 21.965, 22.013, 22.014, 22.015, 23.833, 24.458, 24.475, 24.635, 24.636, 24.637, 24.638, 25.313, 25.735, 27.661, 28.138, 28.436, 28.456, 30.231, 30.232, 30.233, 30.438, 30.531, 30.532.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 1.269, 3.980, 4.440, 4.527, 6.103, 6.333, 7.486, 7.494.

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 2.136, 2.965, 3.383, 3.804, 4.324, 4.326, 5.194, 8.396, 10.564, 10.565, 10.566, 10.567, 11.511, 11.512, 11.513, 12.283, 12.427, 19.377, 23.099, 25.543, 25.546, 25.547, 26.414, 26.548, 26.657.

na **5000** złr. z kuponami: Nr. 1.549.

i Lit. A. Nr. 2.934 na 200 złr., Nr. 6.371 na 100 złr: i Nr. 6.412 na 200 złr.

3. już dozwolona amortyzacya przy obligacyach:

na **50** złr. z kuponami: Nr. 1.034, 1.344, 1.450, 1.718, 1.743.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 555, 1.792, 2.103, 3.832, 4.466, 4.467, 5.135, 5.180, 5.999, 6.000, 6.001, 6.002, 6.957, 11.164, 14.049, 15.371, 15 372, 15.373, 15.374, 16.761, 17.155, 17.156, 17.157, 17.273, 17 274, 17.275, 18.230, 24.915,

na **500** złr. z kuponami: Nr. 974, 1.395, 1.903, 2 092, 2.885, 5.689, 7.005.

na **1000** złr. z kuponomi: Nr. 262, 3.202, 3.454, 3.455, 3.829, 11.040, 12.429, 14.509, 16.409, 19.451.

i Lit. **A.** Nr, 660 na 900 złr., Nr. 1 372, na 2.960 złr., Nr. 1.373, na 430 złr., Nr. 1.732 na 3.400 złr., Nr. 2.361 na 800 złr., Nr. 2.365 na 1 260 złr., Nr. 2.959 na 4.000 złr., Nr. 3.531, na 10.200 złr., Nr. 3.532 na 50 złr., Nr. 3.631 na 1.900 złr., Nr. 4.108 na 600 złr., Nr. 4.109 na 50 złr., Nr. 4.913 na 300 złr., Nr. 4.914 na 50 złr., Nr. 5.065 na 130 złr., Nr. 5 275 na 50 złr., Nr. 5.619 na 600 złr., Nr. 6.179 na 2.000 złr., Nr. 6.180 na 2.000 złr.

Z c. k. Namiestnictwa jako dyrekcyi funduszów indemnizacyjnych

Lwów, dnia 30. Kwietnia 1870.

Continuatio

Casuum liturgicorum.

66. Beneficiatus ex titulo fundationis per hebdomadem ad quatuor Missas celebrandas obligatus, quadam septimana stipendiis pro diebus vacantibus destitutus, celebrat applicatque S. Sacrificium ad intentionem illorum, qui primo sunt stipendia elargituri. *Quaer.* An praxis ista sit licita? ***Resp.*** Praxis ista est absurda et a S. R. C. 15. Nov. 1605 condemnata; ut enim fructus Sacrificii valide et licite applicetur, necesse est, ut in Sacerdote Sacrificium applicante detur intentio *absoluta* et *determinata* h. e. ab omni eventu in futurum contingente independens.

(S. Alphons. lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 2. n. 337.)

67. Quaeritur porro, num Beneficiatus antedictus, si intra illos tres vacantes dies tres Missas fundatas anticipasset, ut hebdomade sequenti sex Missas ad intentionem cujusdam petentis celebrare posset, culpandus esset? ***Resp.*** Culpandus esse non videtur, cum intentio jam determinata sit et fundatoribus nil damni afferatur, nisi per contrariam clausulam fundationis tabulae anticipationem Missarum caveant.

68. Sacerdos quidam a diversis personis eodem die sex acceptavit stipendia Missarum; duo pro felici morte hominis vix ultra duos dies supervicturi; duo pro felici partu

jamjam imminente, et duo pro recuperanda sanitate periculose decumbentis. *Quaer.* An peccaverit suscipiendo haec stipendia? *Resp.* Peccavit et graviter quidem, suscipiendo onera Missarum pro tribus necessitatibus eodem quasi die concurrentibus; hinc debet aliis Sacerdotibus quatuor saltem stipendia dare et curare, ut mox persolvantur.

(S. Alphons. lib. 3. tr. 3. dub. 1. n. 217. q. 2.)

69. Sacerdos quidam pauper timens, ne sibi hibernis mensibus Missarum stipendia deficerent, supra sexaginta Missas adhuc celebrandas, novum onus aliarum quinquaginta celebrandarum accepit. *Quaer.* An licite hoc secundum onus acceperit? *Resp.* Juxta Decretorum in hac re existentium tenorem negative, nisi illi, qui novas eleemosynas exhibent, de dilatione ad duos menses moniti, hac contenti sint, cum volenti et consentienti nulla injuria fiat.

(S. R. C. 21. Jun. 1625.)

70. Petrus Cooperator celebrans in Ecclesia filiali dubitat, num in Oratione „*A cunctis*" ad literam N. nominare debeat Titularem ecclesiae parochialis an filialis, quapropter consulit Parochum. *Quaer.* Quid respondeat? *Resp.* Nominandum esse Titularem ecclesiae, in qua Missa celebratur.

(S. R. C. 26. Jan. 1793, 12. Nov. 1831.)

71. Sacerdos in Oratione pro uno defuncto *(Inclina Domine aurem tuam etc.)* vel pro una defuncta *(Quaesumus Domine etc.)* tam in Officio defunctorum quam in Missa de Requiem post verba *famuli tui* vel *famulae tuae* addit nomen defuncti vel defunctae. *Quaer.* Num rite? *Resp.* Negative; istae Orationes sunt dicendae sine nomine defuncti, pro quo recitantur; uti jacent in Breviario et Missali romano.

(S. R. C. 7. April. 1832.)

72. Mulier, singulis diebus festis Sacramentum Eucharistiae recipere solita, post Missam nocturnam Natalis Domini enixe flagitat Parochum suum, ut velit ipsam sacra communione reficere, quia propter patris morbum periculosum aliis duabus Missis interesse non potest. *Quaer.* Num Parocho liceat, ei in hac s. nocte Sacramentum administrare? *Resp.* Negative; nam iteratis Decretis S. R. C. prohibitum est, in nocte Nativitatis Domini sacram synaxim Fidelibus exposcentibus non solum extra, sed etiam intra Missam exhibere.

(Decr. 20. April. 1641, 23. Mart. 1686, 10. Decembr. 1768, 16. Febr. 1781.)

73. Cooperator iteratis vicibus partem Hostiae majoris a se consecratae reposuit, ut eam aegrotanti cuidam personae, quae singulis saltem hebdomadibus communicare solebat, in domum deferret, quapropter a Parocho reprehensus et jussus est, ut pro communione aegrotae vel particulam consecratam minorem e Pyxide vel minorem particulam in Missa sua consecrandam adhiberet, quia non licet cum parte Hostiae majoris Eucharistiam ministrare. *Quaer.* An parochi reprehensio et jussio sit rationabilis? *Resp.*

Affirmative; Cooperator enim non solum egit contra communem Ecclesiae praxim, sed etiam contra Decretum S. R. C. 12. Febr. 1679, ab Innoc. XI. approbatum, quo praecipitur, *nulli tradendas esse nisi consuetas Eucharistiae formas seu particulas* (casu extremae necessitatis, qualis hic non est, excepto.)

74. Cooperator in Missa de Requiem aliquibus communicaturis s. Eucharistiam distribuit; Parochus autem eum postea reprehendit, quia contra ritum peccasset, quod tamen ille negat. *Quaer.* Utra assertio sit vera? *Resp.* Ad quaestionem solvendam scitu opus est, num Cooperator s. Eucharistiam distribuerit cum Particulis intra eandem Missam consecratis, an cum Particulis praeconsecratis et in Tabernaculo conservatis. In casu priori Cooperator nihil contra Ritum peccavit, omnino autem in posteriori; nam in Missis de Requiem Eucharistia potest tantum ministrari per modum Sacrificii, i. e. cum Particulis intra eandem Missam consecratis.

(*S. R. C. 3. Sept. 1741.*)

75. Pro ministranda s. Eucharistia extra Missam utitur in quadam parochia alter Cooperatorum semper stola coloris albi, alter autem coloris Officio diei convenientis etiamsi sit violaceus. Uterque contendit se rite agere, atque consulit Parochum. *Quaer.* Quid iste decernat? *Resp.* Eum hodiedum rite agere, qui stola utitur coloris Officio diei convenientis, cum non solum Ritualis romani rubrica, ubi agit de ordine Eucharistiam ministrandi extra Missam in Ecclesia, stolam coloris Officio illius diei convenientis Ss. Sacramento attribuit, sed etiam Decretum S. R. C. Mart. 1836 id probat.

76. Pauper quidam, jam quadraginta annos natus et nondum confirmatus, elegit in patrinum cujusdam divitis civis filium vix duodecim annos natum, a quo magnam sperat eleemosynam; Parochus vero obstat tali electioni. *Quaer.* An bene se gesserit Parochus? *Resp.* Affirmative, quia dedecet seniores teneri in confirmationis Sacramento a junioribus, nedum a pueris.

(*Cf. concil. Mediol. 5.*)

77. Franciscus Joanni, qui ipsum in Baptismo tenuit, valde addictus rogat ipsum, ut in Confirmatione quoque patrinus suus fiat, quod iste promittit, si liceat. *Quaer.* Quid Parochus, qui de hac re consulitur, respondeat? *Resp.* Id fieri non potest, cum consuetudo Romana et DD. communis sententia sit, quod patrini in Baptismo et Confirmatione debeant esse diversi.

78. Quum quodam die festo particulae consecratae defecissent, aedituus defert Sacerdoti ultimam facienti Missam particulas consecrandas post *Orate fratres*, ante Praefationem inceptam. *Quaer.* Num liceat Sacerdoti eas acceptare et consecrare. *Resp.* In tali casu, cum Canon nondum recitari inceperit et insuper legitima causa adsit, ne multi ad Eucharistiam parati Sacramento careant, Sacerdos potest eas acceptare et mente oblatas consecrare cum majori Hostia; incepto autem Canone, teste Bened. XIV. de

Sacrif. Missae lib. 3. c. 18., in nullo casu particulae pro consecratione allatae acceptari possunt; Cavalieri (tom. 4. c. 4. Decret. 11. c. in Ord. 64. n. 4.) excipi vult gravem causam urgentem vel necessitatem, puta pro consecranda hostia, quae in solemnitate aliqua publicae venerationi exponi debeat etc.

79. Neocooperator finitis in Canone verbis: „Accipite et manducate ex hoc omnes," hostiam consecrandam in manibus tenens aliquam adhuc meditationem de mysterio perficiendo instituere solet, quapropter serio reprehenditur a Parocho suo. *Quaer.* Num reprehensio sit rationabilis? ***Resp.*** Affirmative; nam non solum contra Rubricas praeceptivas peccat, sed etiam periculo se exponit invalide consecrandi, quia, illa meditatione interposita, connexio inter verba consecrationis formam praecedentia et inter formam sacramentalem ipsam facilius tollitur, in quo casu verba Christi non amplius in Persona Christi ideoque sine efficacia proferuntur, quod bene perpendendum est.

(S. Alphons. lib. 6. tr. 3. dub. 6. n. 222. q. 1.)

80. Parochus quidam, solus Sacerdos in sua Ecclesia post consecrationem primum recordatur, se non consecrasse Hostiam majorem pro solemni processione instituenda; hinc reponit Hostiam majorem primum a se consecratam, et unam ex minoribus simul consecratis pro Sacrificio perficiendo adhibet. *Quaer.* Num licite egerit? ***Resp.*** Parochum licite et prudenter egisse; licite, quia minor uti major Hostia ad Sacrificium suum pertinebat; prudenter, quia scandalum, quod oboriri poterat deficiente Hostia majori pro processione evitabat.

(S. Alphons. lib. 6. tr. 3. dub. 3. n. 205.)

Aliter res se habuisset, si Particulam minorem alias jam consecratam ex Ciborio sumsisset et loco majoris a se consecratae ad perficiendum Sacrificium adhibuisset; nam in isto casu non consumasset Sacrificium a se oblatum, et graviter deliquisset.

(Cf. Bened. XIV. de Sacrif. Mss. lib. 3. c. 17. n. 8., S. Thom. part. 3. quaest. 82. art. 4. et Concil. Tolet. can. 5.)

81. Sacerdos quidam tremebundus praeter intentionem vino consecrando tantum aquae affundit, ut dubitetur, annon aquae pars vini parte major sit; nihilo tamen secius Missam persequitur. *Quaer.* Num peccet? ***Resp.*** Eum graviter peccare; materia enim est dubia, quam extra casum necessitatis adhibere graviter prohibitum est. Ut licite Missam persequi valeat, debet tantum vini superfundere, ut materia sit certo valida.

82. Multis in Ecclesiis viget consuetudo, colorem veli, quo cooperta est s. Pyxis, pro festorum varietate mutandi vel saltem tempore Adventus et Quadragesimæ violaceum adhibendi. *Quaer.* Num haecce consuetudo approbanda sit? ***Resp.*** Negative; consuetudo ista introducta esse videtur ab aliquibus Rituum minus peritis; velum enim s. Pyxidis debet *semper* esse album, uti Ritual. Rom. Tit. 23. praescribit.

(Cf. et Instruct. Clem. n. 18.)

83. Neocooperator quaerit ex collega suo, quid cum Hostia in Ostensorio, quae renovanda est, fiat? Hic respondet: se solere Hostiam talem in s. Pyxide reponere et data occasione divisam in plures partes fidelibus communicaturis distribuere. *Quaer.* Num praxis ista sit ritibus conformis? ***Resp.*** Negative; nam non solum vetitum est, alias consuetis figuris non conformes Particulas communicaturis distribui, sed et clare praescriptum, quod Hostia expositionis mox in aliqua Missa sequenti post sumtionem Sanguinis a Celebrante sumenda, non vero in partes divisa fidelibus distribuenda sit.

(Concil. Turon. 4. c. 4.; S. R. C. 2. Febr. 1679. et Instruct. Clem. n. 21.)

Continuatio sequetur.

Mutationes inter Vener. Clerum.

29. Martii 1870. N. 1147. Joseph. **Dura**, Par. in Poronin, instit. pro beneficio Rabka.
dtto dtto Josephus **Ociepka**, Coop. in Czarnydunajec, constitutus Administrator in Poronin.
dtto N. 1148. Joannes **Kopacz**, Vicarius Cathedralis Tarnoviensis, institutus pro beneficio Skrzyszów.
30. Martii 1870. N. 1151. Andreas **Buś**, Coop. in Zaborów constit. ibidem Administ.
6. Aprilis 1870. N. 1160. Joannes **Kostka**, dioecesanus Cracoviensis applicatus qua Cooperator ad Rabka.
dtto dtto Michael **Harbut**, Coop. in Rabka transl. in eadem qualitate ad Muszyna.
4. Aprilis 1870. N. 1170. Joannes **Fiedor**, Coop. in Muszyna translatus in eadem qualitate ad Oświęcim.
dtto dtto Mathias **Żyła**, Coop. in Oświęcim translatus qua Vicarius Cathedralis Tarnoviam.
21. Aprilis 1870. N. 1190. Ludovicus **Rudnicki**, Coop. in Siedliska, translatus in eadem qualitate ad Skrzyszów.
dtto dtto Jacobus **Skobel**, Administrator in Skrzyszów translatus qua Cooperator ad Lisiagóra.
dtto dtto Ladislaus **Majka**, Coop. in Lisiagóra, translatus in eadem qualitate ad Wieliczka.
dtto dtto Andreas **Gruszka**, Coop. in Wieliczka, nominatus provis. Catecheta scholarum normalium et subrealium Neo-Sandeciae.
dtto dtto Mathaeus **Grzonka**, Administrator in Barcice, constitutus Administrator in Zabierzów.
20. Aprilis 1870. N. 1270. Vincentius **Grodzicki**, presbyter anteactus parochus in Warka Dioeceseos Varsoviensis, constit. Adm. in Kruźlowa.

21. Aprilis 1870. N. 1296. Joannes **Szeligiewicz**, Catecheta scholarum normalium et subrealium Neo-Sandeciae, institutus parochus in Barcice.

14. Maji 1870. N. 1375. Thomas **Lubaś**, Coop. in Andrychów translatus qua Exp. ad Kamionka mała.

7. Maji 1870. N. 1477. Jacobus **Pagacz**, Cooperat. in Szczurowa, translatus ad Rzezawa.

dtto dtto Joannes **Buczyński**, Coop. in Rzezawa, transl. in eadem qualitate ad Szczurowa.

13. Maji 1870. Nr. 1507. Josephus **Kalczyński**, Cooper. in Biskupice constitutus Administrator in Świątniki.

14. Maji 1870. N. 1517. Thomas **Kalatowicz**, parochus in Czarnypotok, pane deficientium provisus.

N. 1151. — 1270. — 1374. — 1393. — 1507.

Piis ad aram precibus commendantur animae.

*) 1. Pauli Ujejski, Parochi in Zaborów, qui anno aet. 59. sac. vero 33. Sacram. morib. provisus, die 27. Martii a. c. pie in Domino obdormivit.

2. Jacobi Bobek, Parochi in Kruźlowa, qui anno aet. 71. sac. vero 47. Sacram. morib. provisus, die 7. Aprilis a. c. in Domino obdormivit.

3. Corneli Raczek, Presbyterii Ord. PP. Reformatorum in Zakluczyn, qui anno aet. 52. sac. vero 22. Sacram. morib. provisus die 29. Aprilis a. c. in Domino obdormivit.

*) 4. Francisci Manastyrski, Presbyteri pensione provisi, qui aet. anno 63. sac. vero 37. Sacram. morib. provisus die 21. Aprilis in Bobowa defunctus est.

*) 5. Josephi Nowakowski, Capellani loc. in Świątniki górne, qui anno aet. 58. sac. vero 32. die 11. Maji a. c. in Domino obdormivit.

Commemoratur, pro vita temporali a. c. egressis, in Currenda praesenti, asterisco *) notatis confratribus, nec non pro p. m. Laurentio Gruczyński, qua consotiationi dioecesanae precum pro felici morte et animae salute consequenda, adscriptis, — superviventes consodales, unum sacrificium Missae pro singulo, persolvere obligari.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 15. Maji 1870.

Ex mandato Illustrissimi ac Rever. Praesulis

Franciscus Ser. Szlosarczyk,

Officialis ac Vicarius generalis.

Cyprianus Netuschill,
Cancellarius.

Tarnoviae, 1870. Typis A. Rusinowski, Typographi Episcopalis. Impensis Consistorii.